Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sectatores eius licet pauci
ad modum. non alii ta
men quam epi ferebantur
Hec uero quemquam nominare
est necesse. licet nos met
ipsos. plerique circumla
trent. sufficit ut si quis
ex his hec legerit et agno
uerit erubescat. Nam
si irascitur de se ipse dic
tum fatebitur. cum for
te nos de aliis sensimus.
Non refugimus autem. ut si
qui eius modi sunt. nos quoque
cum tali uiro oderint.
illud facile confido. omni
bus sanctis opusculum istud
gratum fore. De cetero
si quis hec infideliter
legerit. ipse peccabit. E
go mihi ipsi conscius sum.
me rerum fide et amore
xpi impulsum. ut scribe
rem manifesta expo
suisse. uera dixisse. pa
ratumque ut spero habebit

a deo premium. non quicumque
legerit. sed quicumque credide
rit. Incipit epistola ad euse
bium presbiterum. postea episcopum.

Hesterna die
cum ad me
plerique mo
nachi uenis
sent inter fabulas uiges
longumque sermonem mentio
incidit libelli mei quem
de uita beati martini e
dicti. studiosoque eum amul
tis legi libentissime au
diebam. Interea indicatur
mihi dixisse quendam ma
lo spiritu suscitatum. cur mar
tinus qui mortuos sus
citasset. flammas domibus
depulisset. ipse nuper
adustus incendio periculo
se fuisset obnoxius pas
sioni. O istum quis quis est
miserum iudeorum in uerbis
eius perfidiam et dicta cogno
scimus. qui in cruce positum